

CONTROVERSIARUM
THEOLOGICARUM
PARS TERTIA,

De
Principiis & Causis Salutis

LOCUS I.

De
GRATIA DEI.

CONTROVERSIA PRIMA.

An gratia DEI sit universalis ?

SECTIO I.

De Statu Controversiæ.

§. 1.

Supra ostensum est, Theologiam revelatam esse scientiam practicam. Sicut autem hæc tribus absolvitur partibus, quarum prima de fine, secunda de subiecto agit: ita superest tertia, de Principiis & Causis Salutis, quo in primis spectat GRATIA DEI, de quâ nunc agendum ?

§. 2. Ut Status Controversiæ rectè formetur, accuratè considerandum est 1. Subiectum, quid per gratiam Dei h. l. intelligatur. 2. Prædicatum, quænam universalitas hîc intelligatur.

§. 3. Quod